



HOMO OMNIVM HORARVM

HOMO OMNIVM HORARVM

Сборник статей в честь 70-летия А.В. Подосинова

Symbolae ad anniuersarium septuagesimum
professoris Alexandri PODOSINOV dedicatae

Университет Дмитрия Пожарского

HOMO OMNIVM HORARVM

Symbolae ad anniuersarium septuagesimum
professoris Alexandri PODOSINOV dedicatae

Cura Alexii BELOUSOV
et Catarinae ILYUSHECHKINA
in lucem editae

In aedibus Academiae Pozharskianae
Mosquae
MMXX

НОВОМ ОМНИВМ НОРАРВМ

Сборник статей в честь 70-летия
А.В. Подосинова

Под редакцией
А.В. БЕЛОУСОВА
и Е.В. ИЛЮШЕЧКИНОЙ

Университет Дмитрия Пожарского
Москва
2020

УДК 930.85
ББК 63.3(0)32+63.4

Подготовлено к печати и издано
по решению Ученого совета
Университета Дмитрия Пожарского, 2020 г.

Homo omnium horarum: Сборник статей в честь 70-летия А.В. Подосинова / Под редакцией А.В. Белоусова и Е.В. Илюшечкиной. — М.: Издательство Университета Дмитрия Пожарского, 2020. — 760 с.

ISBN 978-5-91244-265-0

Предлагаемый вниманию читателей сборник подготовлен к 70-летию филолога-классика, доктора исторических наук, профессора МГУ имени М.В. Ломоносова, Александра Васильевича Подосинова. В сборник вошли статьи российских и зарубежных ученых по широкому кругу проблем антиковедения и гуманитарной науки в целом. Для филологов, историков и специалистов в области вспомогательных исторических дисциплин, для исследователей древнейшего периода истории Восточной Европы.

УДК 930.85
ББК 63.3(0)32+63.4

ISBN 978-5-91244-265-0 © Белоусов А.В., Илюшечкина Е.В., составление, 2020
© Коллектив авторов, текст, 2020
© Крюков А.М., дизайн, верстка, 2020
© Белоусова А.В., дизайн обложки, 2020
© Издательство Университета Дмитрия Пожарского, 2020

ПРЕДИСЛОВИЕ

В этом году Александру Васильевичу Подосинову исполняется семьдесят лет. Как и о многих других ученых здесь можно, конечно, сказать, что все эти годы Александр Васильевич посвятил тому, чтобы нам стало известно об античности чуть больше, чем было известно прежде. Но Александр Васильевич не просто ученый, а человек, для которого дружба и любовь обладают не меньшей (если не большей) ценностью, чем академические занятия. Все, кто имеет счастье знать Александра Васильевича лично, могут подтвердить, что само общение с ним – это особое счастье. В любой, даже совсем невеселой ситуации, самый беглый разговор с Подосиновым внушает радость и оптимизм, который он излучает без преувеличения на всех, с кем общается.

Практически для всех в этом сборнике первые шаги в науке были так или иначе связаны с Александром Васильевичем. Кто-то вместе с ним учился на одном факультете, кто-то познакомился с ним на конференции и с тех пор по-настоящему дружит с ним, кому-то он писал отзыв на диссертацию, кому-то повезло еще больше – сама диссертация была написана под руководством Александра Васильевича, руководителя очень внимательного и в любой момент сомнений или научных поисков способного зарядить человека своим интересом и поддержать добрым словом, кто-то проработал с ним несколько лет в одном секторе или на одной кафедре.

Все авторы этого сборника, также как и огромное количество друзей и коллег Александра Васильевича вне этой публикации, хотели бы выразить ему свою любовь и признание. Новых свершений и успехов Вам, дорогой Александр Васильевич! Подобно Томасу Морю для Эразма, Вы для нас всех – *homo omnium horarum*.

А.В. Белоусов и Е.В. Илюшечкина
апрель 2020 г.
Москва, Гамбург

СОДЕРЖАНИЕ

MICHAEL VON ALBRECHT De senum utilitate sermo: Dialogus senis (A) et adolescentis (B)	14
ALEXANDRU AVRAM Quatre inscriptions de Tomis de l'époque des Sévères	17
Е.Н. АНДРЕЕВА Фригийские изобретения у Плиния Старшего	25
Е.В. АНТОНЕЦ «Ахиллеида» Стация и «Латинская Илиада» в Отделе рукописей Российской национальной библиотеки: к истории рукописи	43
Г.С. БЕЛИКОВ Сократ в речах 8–9 Максима Тирского	55
ALEXIVS BELOV (QVI ET ALBANVS) De uinis testarum formam seruantibus ad Ouid. Tristia III, 10	64
А.В. БЕЛОУСОВ Вновь о магии у Плиния Старшего	71
М.В. БИБИКОВ Еще раз о «Скифской общности» в византийской традиции	91
Н.В. БРАГИНСКАЯ Как придумать имя: «Дафнис и Хлоя»	95
Вдовченко Е.В. Luriones Sarmate Певтингеровой карты: еще одна версия происхождения названия	134
А.Ю. ВИНОГРАДОВ Toponymica Pontica. Анакопия	141
Т.Н. ДЖАКСОН Странствие амазонок, или О квенах древнескандинавских источников	156
Т.В. ЕГОРОВА Общие тенденции и региональные особенности импорта чернолаковой керамики в Танаис	169

А.А. ЗАВОЙКИН Волна I и некоторые другие «новые» памятники Боспора (К вопросу о статусе древнейших поселений на Таманском полуострове)	189
А.В. ЗАХАРОВА, А.Е. КУЗНЕЦОВ <i>Ardor amoris, sive annotationes criticae in Apollonii Rhodii Argonautica</i> (3, 281–98)	207
А.А. ЗЕДГЕНИДЗЕ Новый документ к исследованию хоры Херсонеса Таврического: карта Струлова 1786 г.	226
В.В. ЗЕЛЬЧЕНКО Еще раз о смене дня и ночи у Чехова	238
Е.В. ИЛЮШЕЧКИНА Каталоги в «Периэгезе» Дионисия Александрийского	249
Н.Н. КАЗАНСКИЙ Даниэль Готтлиб Мессершмидт в гостях у читинского богача (эпиграмма, написанная 4 марта 1725 года в подражание Марциалу) .	262
С.А. КОВАЛЕНКО Монеты синдгов: некоторые замечания о причинах, характере и хронологии чеканки	272
А.В. КОРОЛЕНКОВ Гражданская война 80-х гг. до н. э. на территории провинции Африка	297
А.О. КОРЧАГИН Названия животных в Псалме 90/91	307
И.А. ЛАДЫНИН Сесонхосис «новый», «молодой» или «возрожденный»? Комментарий к Hist. Alex. Magni, A. I.34.2	319
ANNA MALOMUD „Verderbenbringende Kinder“ der Krabben und der Fischer: über eine Formel bei Nikander von Kolophon	331
А.Е. МАНЬКОВ О причинах некоторых языковых изменений (на примере диалекта села Старошведское)	340
А.А. МАСЛЕННИКОВ Меотийские «города» Клавдия Птолемея	354

А.В. МАХЛАЮК Вторая софистика, историческая память и греческий патриотизм в эпоху Римской империи	370
Е.А. МОЛЕВ Стратегии в административной системе Понта	402
А.В. МОСОЛКИН Был ли Марс отцом Ромула и Рема? Комментарии к некоторым свидетельствам ранней римской историографии	412
Д.В. ПАНЧЕНКО Сократ и аттическая комедия в архонство Исарха	434
Е.В. ПРИХОДЬКО Какой оракул возвестил Телефу «Ранивший исцелит»?	447
О.В. РАЕВСКАЯ Фактитив как средство выражения абсолютной власти (на примере одной французской народной песни)	469
О.М. САВЕЛЬЕВА Особенности организации высказываний с семантикой «защиты/наказания» в древнегреческом языке: лексика, грамматика, психология	476
М.В. СКРЖИНСКАЯ Участие женщин в религиозной жизни Ольвии и Боспора	483
М.Н. СЛАВЯТИНСКАЯ Личность — ΠΑΙΔΕΙΑ — творчество — образование	507
О.В. СМЫКА «Письмо из нескольких слогов в ямбическом размере» (К. Манасси, Обзор истории, 4908)	516
С.А. СТЕПАНЦОВ Переложения из греческих поэтов	521
И.Е. СУРИКОВ Павсаний Спартанский, основатель Византия	523
RICHARD J.A. TALBERT Roman Concern to Know the Hour in Broader Historical Context	534
Т.Ф. ТЕПЕРИК Поэтика оружия в «Энеиде» Вергилия	556

СОДЕРЖАНИЕ	9
М.Ю. ТРЕЙСТЕР Римские бронзовые сосуды с медальонами с фигурными изображениями из Сарматии	565
Г.Р. ЦЕЦХЛАДЗЕ К вопросу о понтийских рабах в Средиземноморье	611
И.Ю. ШАБАГА Кв. Аврелий Симмах. Вторая похвальная речь в честь Валентиниана Старшего Августа, произнесенная 1 января 370 года: Перевод с латинского и комментарии	627
М.В. ШУМИЛИН Загадка Фавна (<i>Calp. Ecl.</i> 1.87–88): текст и интерпретация	642
VALANFRIDUS (WILFRIED STROH) Quid de vocalibus pronuntiandis Terentianus Maurus senserit	662
ANCA DAN, HELMUT BRÜCKNER, HANS-JOACHIM GEHRKE, DANIEL KELTERBAUM, UDO SCHLOTZHAUER, DENIS ZHURAVLEV <i>Coracanda, Korokondamè, Korokondamitis: Notes on the most ancient names of the Cimmerian Bosphorus, the Kuban Bosphorus and the southern part of the Taman Island</i>	682
С.А. Хандажинская Список опубликованных работ А.В. Подосинова	726

CONTENTS

MICHAEL VON ALBRECHT De senum utilitate sermo: Dialogus senis (A) et adulescentis (B)	14
ALEXANDRU AVRAM Quatre inscriptions de Tomis de l'époque des Sévères	17
E.N. ANDREEVA Phrygian Inventions by Pliny the Elder	25
EKATERINA V. ANTONETS Statius' Achilleis and Ilias Latina in the National Library of Russia: towards the history of the manuscript	43
GRIGORIY S. BELIKOV The Image of Socrates in Maximus of Tyre's Orations 8 and 9	55
ALEXIVS BELOV (QVI ET ALBANVS) De uinis testarum formam seruantibus ad Ouid. Tristia III, 10	64
ALEXEY V. BELOUSOV On Magic in Pliny the Elder's NH again	71
MIKHAIL V. BIBIKOV Once more about "Scythian Community" in Byzantine tradition	91
NINA V. BRAGINSKAYA How to come up with a name: "Daphnis and Chloe"	95
EVGENIY V. VDOVCHENKOV Lupiones Sarmate on the Tabula Peutingeriana: one more version of the name origin	134
ANDREY YU. VINOGRADOV Toponymica Pontica. Anakopia	141
TATJANA N. JACKSON Wandering of the Amazons, or On the Kvens of the Old Norse Sources . .	156
TATIANA V. EGOROVA General trends and regional characteristics of the import of Black Glazed pottery in Tanais	169

ALEXEY A. ZAVOYKIN ‘Volna I’ and Some Other “New” Sites in Bosporos (Towards the Question of the Status of the Most Ancient Settlements on Taman Peninsula)	189
AGLAYA V. ZAKHAROVA, ALEXANDR E. KUZNETSOV Ardor amoris, sive annotationes criticae in Apollonii Rhodii Argonautica (3, 281–98)	207
ANGELINA A. ZEDGENIDZE New Document for the Study of Chora of Chersonesus Taurica: Strulov’s Map of 1786	226
VSEVOLOD V. ZELTCHENKO Chekhov’s Dawns and Nightfalls Once Again	238
EKATERINA ILYUSHECHKINA Catalogues in the “Periegesis” by Dionysius of Alexandria	249
NIKOLAI N. KAZANSKY Daniel Gottlieb Messerschmidt visiting a rich man in the Chita region (an imitation of Martial’s epigram written on March 4, 1725)	262
SERGEY A. KOVALENKO Sindian Coinage: Some Reflections on its Reasons, Character and Chronology	272
ANTON V. KOROLENKOV The Civil War in the Roman Province of Africa	297
ALEXEY O. KORCHAGIN Animal names in the Psalm 90/91	307
IVAN LADYNIN Sesonchosis “New”, “Young” or “Renewed”? A Commentary to Hist. Alex. Magni A, I 34.2	319
ANNA MALOMUD „Verderbenbringende Kinder“ der Krabben und der Fischer: über eine Formel bei Nikander von Kolophon	331
ALEXANDER E. MANKOV Causes of some types of language change (with the dialect of the village of Gammalsvenskby as an example)	340
ALEXANDR A. MASLENNIKOV The Meotian “cities” of Claudius Ptolemy	354

ALEXANDR V. MAKHLAIUK Second sophistic, historical memory and Greek patriotism in the Roman Empire	370
EVGENIY A. MOLEV Strategies in the Administrative System of Pontus	402
ALEXEY V. MOSOLKIN Was Mars the father of Romulus and Remus? Comments on some evidence of early Roman historiography	412
DMITRI PANCHENKO Socrates and Attic Comedy in the Archon Year of Isarchus	434
ELENA V. PRIKHODKO Which oracle told Telephus «The wounder will heal»?	447
OLGA RAEVSKAYA Factitif comme moyen d'expression du pouvoir absolu (à travers une chanson populaire française)	469
OLGA M. SAVELYEVA Organisation of utterances with “protection/punishment” semantics in Ancient Greek: lexemes, grammar, psychological reality ..	476
MARINA V. SKRZHINSKAYA Women in religious life of Olbia and Bosporos	483
MARINA N. SLAVYATINSKAYA Personality — ΠΑΙΔΕΙΑ — Creativity — Education	507
OLGA V. SMYKA “A letter in some syllables and in the iambic metre” (C. Manasses, Synopsis Historiae, 4908)	516
SERGEY A. STEPANTSOV Translations from Greek Poets	521
IGOR E. SURIKOV Pausanias the Spartan, a Founder of Byzantium	523
RICHARD J.A. TALBERT Roman Concern to Know the Hour in Broader Historical Context	534
TAMARA F. TEPERIK Poetics of armaments in Virgil's Aeneid	556

MIKHAIL TREISTER

**Roman Bronze vessels with Medallions bearing Figural Images
from Sarmatia** 565

GOCHA R. TSETSKHLADZE

Pontic Slaves in the Mediterranean: Orthodoxy, Ethnicity and Reality .. 611

IRINA YU. SHABAGA

**Q. Aurelius Symmachus. The second Laudatio (Oratio II) in honor
of Valentinianus Senior Augustus Alter, delivered on January 1, 370:
Translation from Latin and Commentary** 627

MIKHAIL V. SHUMILIN

The Riddle of Faunus (*Calp. Ecl.* 1.87–88): Text and Interpretation 642

VALAHFRIDUS (WILFRIED STROH)

Quid de vocalibus pronuntiandis Terentianus Maurus senserit 662

ANCA DAN, HELMUT BRÜCKNER, HANS-JOACHIM GEHRKE,

DANIEL KELTERBAUM, UDO SCHLOTZHAUER, DENIS ZHURAVLEV

***Coracanda, Korokondamè, Korokondamitis: Notes on the most
ancient names of the Cimmerian Bosphorus, the Kuban Bosphorus
and the southern part of the Taman Island*** 682

Sophia A. Khandazhinskaya

List of published Works by Professor Alexander V. Podossinov 726

QVID DE VOCALIBVS PRONVNTIANDIS TERENTIANVS MAVRVVS SENSERIT

VALAHFRIDUS (WILFRIED STROH)

Abstract: How should we pronounce Latin? It is an old joke that we cannot know about that because no tapes from antiquity have been preserved. But there are testimonies from the ancient grammarians and first of all there is the wonderful book *De litteris*, which an African poet, Terentianus Maurus, has written in a verse of Egyptian origin, the *sotadei*. There he explains the pronunciation of all the letters of the Latin alphabet with great accuracy, introducing them so to speak as actors who use tongue, teeth and lips as their instruments. Of course, this was not written for schoolboys, but for highbrow intellectuals, who could enjoy the artistry of verse in such a dry material.

The work has been much praised by renaissance scholars, who found Terentianus congenial. And there exists a long list of editions and commentaries the most prominent being that of the famous Karl Lachmann. Nevertheless, much has still to be done. In this essay which treats only the five vowels (v. 108–145) I want to show, that many verses in the text, that is transmitted to us in a single codex, are not yet really understood or are still corrupt and have to be emended.

This *lusus criticus* is dedicated to Aleksandr Podossinov, who has been for many years a prominent member of our Munich society *Sodalitas LVDIS LATINIS faciundis e.V.* Therefore I am writing in Latin.

Potestne Africa nos, mi Alexander, qui Latinis litteris studemus, aliquid de Latinitate docere? Dubitas? Si minus, num cogitas de maximis scriptoribus, Terentio, Apuleio, Augustino? Alium hodie tibi poetam Afrum offero nunc quidem multo minus notum, sed qui fere ea aetate natus, quam tu nunc adeptus es, certe senex factus plurimos uenustissimos uersus scribere coepit de re admodum difficili, *De litteris, syllabis, metris*, tribus libris¹, scilicet ne ingenium suum, ut ipse fatetur, torpesceret². Quid igitur tibi septuagenario octogenarius ipse aptius donum afferam quam uersus ut ita dicam Latinissimos senis poetae admirabilis, qui pleno nomine Terentianus Maurus dici solet, uir, qui inter ueteres non solum grammaticos, sed etiam theologos tam propter ipsam doctrinam quam propter poetandi artem magna auctoritate floruit. Vtrum secundo an tertio aut quarto saeculo tribuendus sit, dubitant uiri docti, quibus nuper mulier simili doctrina accessit³, nec nos nunc curamus. Certe ante Seruium et Augustinum fuisse constat.

¹ Non unus liber siue unum carmen est, cf. Beck (1993) 565–567.

² Ter. Maur. *De litteris*, praef. 1 sqq., praesertim 51–84.

³ Cf. de hac quaestione Chiara Cignolo p. XXV–XXVII.

Postea autem, ut uidetur, memoria eius obruta est, sed seruabatur medio aeuo q. d. unus codex Bobiensis, qui tria illa carmina, quorum titulos nominavi, continebat. Tunc is quoque periit, sed antea Georgius Galbiatus A.D. 1497 eum in editione principe satis fideliter, i. e. multis mendis inquinatum, exscripsit. Hinc nunc omnis Terentiani memoria pendet⁴. Summis plausibus haec carmina, quae multis rebus grammaticis nouum lumen afferre uidebantur, a uiris doctis tempore renascentium litterarum accepta et laudata sunt⁵. Plurimae tunc extiterunt nouae editiones, inter quas fortasse eae eminent, quas Nicolaus Brissaeus (1531), Iacobus Micyllus (1532), Iacobus Petrecinus (1533) fecerunt commentariisque aut certe notulis instruxerunt. Ingeniosissime in materia pronuntiationis, quam Terentianus in carmine *De litteris* tractauerat, lusit Erasmus, qui primus diuersos nationum modos Latine pronuntiantium inter se comparauit; is tamen Terentianum raro laudat⁶. Contra Iustus Lipsius (1586) in simili scripto eum ut summum auctorem adorat.

Temporibus posteris haec studia non omnino iacebant, sed paulo lentius exercebantur, donec saeculo undeuicesimo ineunte sub Nouo Humanismo q. d. resuscitata sunt cum a Laurentio van Santen (a Iacobo van Lennep retractato, 1825) tum a Carolo Lachmann uiro nunc clarissimo, qui tantum sibi sumpsit, ut in sua editione Terentiani (1836) omnium antecessorum nomina ut negligenda omiserit. Hunc e magna parte secutus est Henricus Keil in VI. uolumine (1874) *Grammaticorum Latinorum*, qui inde ab illo diu fundamenta horum studiorum erant. Quae tamen fortasse linguistae q. d. magis quam Latinistae curabant. Sed his proximis annis praesertim in Hispania et Italia etiam philologi quidam extiterunt, qui studiis et grammaticae et grammaticorum ueterum operam darent; non nihil profuit huic doctrinae generi Petrus Lebrecht Schmidt, qui in „Manuali litterarum Latinarum ueterum“ (*Handbuch der lateinischen Literatur der Antike*) grammaticos tractauit⁷. Optime autem merita est de hoc genere *Bibliotheca Weidmanniana*, e qua inde ab A.D. 2001 *Collectanea Grammatica Latina* sub auspiciis Iosephi Morelli et Marii De Nonno prodierunt. Atque hic fere primum locum tenet mulier docta Clara (Chiara) Cignolo, quae A.D. 2002 totum Terentianum nouissimis curis et edidit et enarrauit. Cui praeluserat tamen Ianus Guilelmus Beck (1993); sed is solum librum *De syllabis* admirabili sane doctrina explanauit.

Nunc autem te, mi Alexander, ad minora perducam, nempe ad litteras, e quibus ut minimis elementis syllabae constant. Atque in hoc genere Terentianus unicus eminet. Ne Graecorum quidem quisquam, etsi Dionysius Halicarnassensis in libro *De compositione uerborum* rem incohauit, tam accurate in litterarum singularum

⁴ De codice et editionibus cf. Beck (1993) 11–22.

⁵ Plurimorum encomia inuenies apud Beck (1998) 3208 sq.

⁶ Desiderius Erasmus Roterodamus: *De recta Latini Graecique sermonis pronuntiatione dialogus* (Basileae 1528, Coloniae Agr. 21529), als Lesetext hg., übers. und kommentiert von Johannes Kramer, Meisenheim ad Gl. 1978.

⁷ Vol. IV (ed. Nicolaus Sallmann), Monachii 1997, 218–245, 249–261; cf. ibi Nicolaus Sallmann, „Terentianus Maurus“, p. 618–622 (inter poetas, non grammaticos habitus); uol. V (ed. Reinhartus Herzog), 1989, 101–158, cf. ibi „Asmonius“, p. 136–138.

naturam et enuntiationem inquisiuit quam ille, quo factum est, ut qui postea de eodem argumento scripturi erant, non multum noui addere potuerint. Sed quoniam, si omnes litteras tractare uellem, campus nimis amplius nobis pateret, ego eum in solas quinque uocales coartabo. Nam tu certe percupis scire, nisi forte Terentianum iam edidicisti, quomodo Romani triplicem litteram O in tuo nomine gentili PODOSSINOV enuntiauerint, utrum labiis mediocri rictu apertis, an sub antro oris sonum augente (Terent. 130–134). At certe in I tertia uocali tua libenter audies renidere risum (119 sq.), qui tuae humanitatis semper proprius fuit. Multa hic sane iam explicauit Clara Cignolo, sed, quia illa nonnumquam magis antecessorum auctoritates quam uerba poetae respexit, non pauca restant. Conferenda nunc erit etiam noua uersio Fancogallica, quam Elisabeth Dévière (2007) temptauit. Dabo tibi autem primum non, ut editores solent, textum emendatum, sed, ne quid praeiudicati afferre uidear, eum, quem editio princeps exhibet⁸ omnibus minutiis et uitiis seruatis; tum, ubi necesse erit, emendare conabimur, donec nouatus textus una cum uersione Germanica, ut ita dicam, opus coronet. In tota autem hac disputatione non tam curabo, ut omnem historiam Latinarum uocalium noua luce illustrem — nam id si accuratius facere uellem, multa testimonia e titulis siue inscriptionibus, e linguis Romanicis et ex aliis non paucis adhibenda essent —, sat habeo ea interpretari et intellegere, quae Terentianus Maurus scripsit et sensit. Philologus sum, non linguista. Si tamen etiam illi disciplinae utile aliquid afferre possim, non equidem abnuam.

Minime autem miraberis, mi Alexander, quod Latine tecum ut olim Erasmus et Lipsius ago. Nam tu iam multos annos sodalis es fidelis Monacensis nostrae Sodalitatis LVDIS LATINIS faciundis e.V., quae A.D. 1984 condita est, meque ipsum abhinc sex uel septem annos Moscouiam uocauisti, ut nonnullas scholas Latino sermone de antiqua eloquentia aliisque rebus explicarem. Pro quo singulari hospitio nunc quoque tibi gratias debeo. Sed incipiamus!

Nunc singula quam possideant in ore sedem:

Ictusq: suos concipiant:&unde rumpant:

110 Vt quiuero uersu blaterabo sotadeo.

Terentianus, postquam satis differentiam uocalium et consonantium ipsarumque consonantium diuisionem explicauit, nunc accedit ad singula sc. *elementa* (u. 85), quas solet saepius *litteras* uocare. Sunt autem non tam litterae scriptae, quae nos „graphemata“ uocamus (quas tamen respicit), quam litterae enuntiatiae siue „phoniae“ uel „phonemata“, si negligentius hoc nomine utimur. Eae habent in ore certas *sedes* quasi possessione detentas (u. 108). Naturam autem earum sedum in proximo uersu accuratius describit. Vbi sine dubio illud *unde* etiam ad primam partem trahendum est, ut sit *unde ... concipiant*. Difficilius intellectu est, qui sint *ictus* concepti. Ac sciendum est secundum Stoicos, quibus grammatici Latini adhaerent,

⁸ Praesto est mihi exemplum Bibliothecae Aulicae Doneschinganae [Donaueschingen] lucis ope depictum.

omnem uocem siue φωνήν esse aerem ictum i. e. ἀέρα πεπληγμένον⁹, quod a nostra scientia non longissime discrepat. Nec male Dévière¹⁰: „vibration“. Ergo etiam singulae litterae suos ictus habere et concipere debent.

Sed quomodo rumpant? Clara Cignolo, ut iam Brissaeus, id uult esse intransitiuum, ut sit pro erumpant, prorumpant. Sed id uno et quidem dubio¹¹ loco Taciti (Hist. 4.20) uix confirmatur. Melius huc quadrant ei loci, quos illa ipsa ut exempla usus transitiui affert, ut Verg. Aen. 2.129 rumpit uocem aut Sil. 1.95 sq. *immugit tellus rumpitque horrenda per umbras / sibila*. Alia similia ministrat OLD s. u. *rumpo* 5b. Hic uox uel sibila non ut uincula siue parietes rumpuntur, sed rumpendo (sc. aliquod obstaculum, quod non dicitur) fit, ut uox siue sibila omnino existant (quem usum grammatici nostri „praegnantem“ uocant). Ac uide ne sic hoc quoque loco rumpant coniungendum sit cum ictus, ut litterae rumpendo suos ictus efficiant.

Cur autem ad describendas litteras *sotadeis* potissimum uersibus usus sit, qui lasciuiae ne dicam obscenae materiae magis apti uideantur, dubitant uiri docti mulieresque. Nec uident hac in re iocari poetam festiuissimum. Sotades Aegyptius fuit, ex Africa igitur oriundus ut ipse Terentianus, qui Mauri sibi cognomen assumpsit. Cuius igitur potius uersus adhibeat, praesertim cum sibi non sublimem uocem poeticam sed tantum bestialem aliquam eamque maxime Africanam concessam uideat. Nam quod se *blaterare* dicit, quam uocem camelorum esse Festus tradit (*Paul. Fest.* 34 M.), non solum modestiae est, ut Cignolo recte statuit, sed etiam patriam indicat. Quid mirum quod homo in media Africa nutritus ad grammaticas quoque quaestiones numeris domesticis utitur? Atque id lepidissimum fuit: modis lasciuus abuti ad materiam aridissimam. Velut olim Theocritus infimo et paene sordido generi pastorum metrum heroicum dederat (quod postea a bucolicis omnibus sic receptum est, ut nunc quasi legitimum uideatur). Habet autem hic uersus uariabilis duas figuras principales —

I. ———/—————x

II. ———/———x

e quibus secunda mihi, in qua ionicus per anaclasin a duobus temporibus (q aut ww) ad tria (qw) quasi transilire uidetur, iucundissima uidetur. Accedit enim hic modus, quo Terentianus multo saepius utitur quam priore ad numeros paene iazzicos. Hic caesura etiam ita uariatur, ut modo post quintum, modo post sextum elementum posita sit, cum in prima figura, quae rarior est, caesura fere semper sextum a septimo elemento diuidat.

Sed de his disputare longum est. — Nunc ab A incipere uel ob Alexandri nomen legitimum est.

⁹ Cf. Wolfram Ax, *Laut, Stimme und Sprache* [...], Gottingae 1986, 211; Valahfridus Stroth, „De uocis definitione quadam Stoica“, in: *Mousopolos Stephanos*, in hon. Heruigii Görgemanns, Heidelbergae 1998, 443–456; Schulz 39 sqq.

¹⁰ Consule Indicem librorum. Quae ibi editiones translationes commentariique afferuntur, earum non inuat singulas paginas enumerare. Per te facile inuenies.

¹¹ Cf. commentarium Caroli et Guilelmi Heraeus, Lipsiae / Berolini ⁵1904 ad l.

A. prima locum littera sic ab ore sumit:
 Immunia rictu patulo tenere labra.
 Linguamq; necesse est ita pendulam reduci:
 Vt nissus in illam ualeat subire uocis:
 115 Nec partibus ullis aliquos ferire dentes.

Ab *A prima* incipit, non modo quia is ordo traditus alphabeti est, sed quia huic seriei *A E I O V* etiam naturalis quaedam continuatio inest, si ad motus laborum spectamus. Sed id postea manifestum erit. Quod autem de *loco litterae A* dicit, id erat exspectandum, quoniam de *sedibus* litterarum agere antea sibi proposuit. Ac *locum sumere* inde a Plauto non raro dicitur. Magis mirum autem uidetur illud *ab ore*. Quod interpretes sic intellegunt quasi sit *in ore*. Nam Seelmann p. 169 sic uertit: „erhält im mundraume diese articulationslage angewiesen“, Sturtevant p.106: „takes is position in the mouth“; Dévière p. 200: „prend place dans la bouche“; Cignolo autem eum errorem ut deuitet, sensum *loci* in aliud detorquet: „assume dalla bocca la sua configurazione [i. e. formationem!] in questo modo“. Ergo si *ab ore* retinemus, quod nimis bene conuenit cum illo *unde ... unde* in antecedentibus, scribendum est, quod Ianus Beck (1998) p. 3225 uulgauit: *sonum ... ab ore sumit*¹². Origo soni enim, non loci explicatur. Contra quod Cignolo frustra disputauit. Idem error in editione principe etiam in aliis locis inuenitur. Vt cum de „labialibus“ *B* et *P* agitur, quas Terentianus u. 187 duplicem sonum habere dicit, sc. *BE* et *PE*, u. 188 sq.: Hic, ait, *muta iubet portio* [sc. *B* uel *P*] *comprimi labella, / uocalis* [sc. *E*] *at intus +locus* [lege: *sonus*] *exitum ministrat. Sonus* scilicet *uocalis E* est, qui facit ut *B* uel *P* e labris compressis exire possint, non *uocalis* aliqui *locus* — quod sensu caret. Nam sic etiam non renuente Bobiensis in u. 196 (de littera *C*) ... *quo uocis adhaerens sonus (!) explicetur ore*.

Quod autem in u. 112 post *labra* plenius in editione principe interpunctum uideamus, id editores fere omnes Micyllo excepto emendauerunt. Vix enim dubium est, quin a *necesse est* tam *tenere* quam *reduci* infinitui pendeant. Atque hic Terentianus iam inducit tres quasi actores suos qui in sonorum scaena primas partes agant. Sunt autem labra, lingua, dentes. Atque incipit in u. 112 a labris, quae in *A* edenda nihil agere debent — quam ob causam *immunia* uocantur — nisi ut *rictu patulo*, i. e. maximo hiatu, os aperiant. Neque enim, ut Brissaeus uoluit, qui *immunia* cum *rictu* coniunxisse uidetur¹³, modica hic oris apertio suadet. Quod et ab Asmonio¹⁴ (GL 6,32,33), qui Terentianum sequitur et, ut Cignolo demonstrat, a Dionysio Halicarnassensi, quem noster ipse respexit, confirmatur.

Transeamus igitur ad linguam corporalem, a qua ut a regina sermonis omnis $\gamma\lambda\omega\tau\tau\alpha$ siue lingua nomen ducit. Eam Terentianus in *A* non uult proferri, sed in u. 113

¹² Hanc coniecturam pro mea uindico. Quam praesente Beckio proposui in seminario academico Monacensi. A.D. 1985. Beckius feliciter arripuit.

¹³ „*Immunia rictu patulo labra*, id est rictu certo modulo exporrecto, ut oris hiatus neque angustior neque patentior sit quam quomodo insinuat linea vtrunque latus pertingens.“

¹⁴ De nomine cf. Peter Lebrecht Schmidt, in: Herzog / Schmidt (ed.), *Handbuch der lateinischen Literatur der Antike*, uol. 5, Monachii 1989, 136 sq.

et 115 *reduci* et quidem *pendulam* *reduci*, i. e. tamquam suspensam esse, neque in ulla oris parte *aliquos ferire* (i. e. attingere) *dentes*. Atque hoc loco Terentianus utitur ea figura, quae dicitur ὕστερον πρότερον. Nam suspensio linguae in eo ipso est, quod dentes non tanguntur. Inculcatur autem in medio (Cignolo: „come un inciso“), antequam de dentibus dictum est, in u. 114 illud quorsum haec omnia tendant, nempe ut in linguam *nisus uocis subire* possit. Quid autem est *nisus*? Atque hic Cignolo tam operosa quam obscura est. Vult enim *nisum* esse modo aliquem pulsum siue ictum soni („spinta del suono“), modo ipsum spiritum ut πνεῦμα apud Dinonygium, qui dicit (comp. uerb. 14. p. 51 Us. / Raderm.) litteram A enuntiarum „ore apertissimo et spiritu sursum usque ad caelum (!) sublato“ (τοῦ πνεύματος ἄνω φερομένου πρὸς τὸν οὐρανόν). Sed is hic quasi plenissimum sonum in A significare uult nec quicquam de *nisu* aut de *lingua* dicit. Terentianus autem *nisum* semper nominat contentionem aliquam uel intentius studium, quod et in membris corporis esse potest (ut u. 27 *nisus undique corporis / summos in digitos agit*) et in litteris enuntiatis (ut in consonantibus mutuis [u. 97] nullum *meatum* *queat explicare nisus*, nisi uocalis accesserit). Sic etiam alio loco (u. 245) dicit C et S ... *simul ... iugando nisum* procreare litteram X. Semel ipsi linguae *nisum* tribuere Terentianus uidetur: nam in littera L loquitur de *sono quem ciet ipsa lingua nitens* (u. 231).

Sed in u. 114, ut uidetur, non tam lingua ipsa per se nititur siue in aliquo *nisu* est, sed magis *nisus* illam *subire* dicitur. Quid hoc sibi uult? Ac miror hic uiros doctos multa sibi excogitauisse, quae parum cum uerbis traditis congruerent. Nam quod Petrecinus linguam sic pendere uult, „ut sola uox & sonus ipsius A tum in ore resonet“, id per se postmodo paene uerum esse uidebimus, sed uerba Terentiani non satis explanat. Aliter Brissaeus, qui *subire* uult esse „subrepere“: *nisus uocis* autem hoc interprete credendus est „spiritus percussus“ subiens in linguam „que quum pandula [lege: „pendula“] est, illiditur spiritu mananti à faucibus.“ Sed hic supplementur „spiritus“, percussio“, „fauces“; ac „subrepat“ idem ualet atque „illiditur“. Accedit quod Terentianus nusquam spiritui, πνεύματι, quod nobis ut Dionysio in uoce magnum uidetur, aliquid ad litteras efficiendas tribuit. Sed recentiores etiam peius in interpretando peccant. Nam Seelmann, optimus in „phoneticis“ (p. 169): „zieht man die freischwebende zunge so zurück, dass der tönende luftstrom darüber hinwegstreichen kann, ohne irgendwo an die zähne anzuschlagen“ — ubi quod linguae fuit, ille cuidam „aeris fluuiio sonanti“ adscribit. Atque id quidem corrigat Sturtevant p. 106, qui etiam „fluuium aeris“ tollit, sed tamen Seelmannum secutus sic linguam *reduci* putat, „that the impulse of the voice may be able to pass over it“, quod certe esset „super (aut: praeter) illam ire“, non *in illam subire*, quod Terentianus scripsit. His autem antecessoribus nimis fideliter Cignolo assentitur, cum uult ictum uocis („spinta della uoce“) ascendere praeter linguam („risalire lungo di essa“), similiter etiam Dévière: „venir sur elle“. Nam quod Cignolo ad hanc interpretationem confirmandam affert *Plaut. Merc. 194 in nauim subit*, nil ualet, quod ibi aliquis nauim certe intrat, non praeter nauim labitur. Sic etiam *nisum* non „praeterire“ linguam credamus necesse est, sed potius quasi inire eamque capessere.

Quod melius intelligemus, si Stoicorum (a quibus grammatici Romani multis locis pendent) de uoce sententias cognouerimus¹⁵. Qui ut Terentianus plurimum tribuerunt linguae. Nam Balbus apud Ciceronem (nat. deor. 2.149) a mente per arteriam uocem ad os perducere putat: *Deinde, pergit, in ore sita lingua est finita dentibus; ea uocem immoderate profusam fingit et terminat, quae [<at>que Pease] sonos uocis distinctos et pressos efficit, cum et dentes et alias partes pellit oris. Vox igitur per se nihil ualet, nisi a lingua formatur*¹⁶. Tum denique uocem etiam audiri posse ait Seneca Stoicus, qui linguae plus dat quam ipse Balbus (nat. 2.6.3): *Quid enim est uox nisi intentio aeris, ut audiatur, linguae formata percussu*. Non igitur lingua in Terentiano locum praebere uidetur alicui spiritui sonoro, sed ipsa quam maxime operam dare, ut uocalis A procreetur. Quod nisi pendula et a dentibus intacta esset, aliam fortasse uocalem ederet, certe non A, qua hic opus est. Ergo *nisus uocis* ipsi linguae tribuendus est, *uox* autem hoc loco non uniuersim de aliquo sono posita est, sed uocalem, i. e. ipsam uocalem A significat (ut iam Petrecinus, quem supra laudauimus, uidit): Si lingua legitime pendet, *nisus* is, quo opus est ad edendam A, ab illa concipi potest. Ac *uox* pro *uocali*, ut notum est, saepe a Terentiano ponitur, ut u. 76 *uocum ne series hiet*, 142 *hanc edere uocem*, 196 *uocis adhaerens sonus* et alia plurima.

E. quæ sequitur uocula dissona est priori
 Q uia deprimit altum modico tenore rictum:
 Et lingua remotos premit hinc:&hinc molares.

E uocula, i. e. uocalis, quae in alphabeto proximum locum tenet, hic tamquam persona agens inducitur, quae maximum illum *rictum* siue hiatum oris, qui antea in *priore* A fuit, minuit et sic *dissonum*, i. e. diuersum sonum efficit. Si autem diligentissime uerba perpendimus, Terentianus, cum de *depressione*, non *compressione*, et de *depressione alti*, non *ampli rictus* aut *magni* dicit, potissimum superiorem partem oris spectare uidetur. Eam *E* deducit et id quidem *modico tenore*, quod non tam aduerbialiter dicitur ut Cignolo uult („in senso auverbiale“: „moderatamente“, cf. Seelmann p. 176 „mässig“) quam ad ipsum illum motum deprimendi pertinet, qui quasi recta uia descendit; ut in Ouidio (met. 3, 113 sq.) signa illa, quae in aulae scaenico depicta sunt, cum id tollitur, paulatim surgunt, donec *placido ... educta tenore tota patent*.

Tum Terentianus statim transit ad *linguam* et *dentes* uel *molares*, qui cum olim in A intacti manserint, nunc in utraque parte ab illa *premuntur*. Neque aperte dicit *mo-*

¹⁵ Cf. Schulz p. 38–42.

¹⁶ Hac in re Dionysius Halicarnassensis (comp. uerb. 4,14, p. 50–52 Us. / Raderm.) paulum dissentire uidetur a Stoicis (quos Terentianus sequitur), Nam ille in omnibus uocalibus, quae „ex arteria [quam „Lufttröhre“ nos dicimus] concinente cum spiritu“ (συναχοῦσης τῷ πνεύματι) oriantur (non accuratissime hic quidem Schulz p. 66), nihil agere linguam affirmat, ut non ea sit causa ictus (quem uocat *πληγὴν* siue *κρούσιν*), sed ipse spiritus, et sic fiat *πνεύματος πληγὴ* (aperte in litteris Ω et I). Ac recte Schulz p. 67 id magis ex Aristotele fluxisse statuit, qui de spiritu arteriam pulsante dicit (de an. 420 B 27–29); de quo Schulz p. 25–30.

lares solum superos, non inferos tangi, sed id experientiae lectoris relinquit. Magis nos mouet quod *labella* hic non respicit. Quae certe in *E* non tam remissa et *immunia* sunt quam in *A* fuerunt: Id enim aperte dicit Asmonius, qui alioquin Terentianum paene ad uerbum exscribere solet (GL 6,33,1 sq.): *E, quae sequitur, depresso modice rictu oris reductisque introrsum labiis effertur*. Hic saltem in Terentiano lacunam suspicari possis, quam, si uis et fas est, hoc meo sotadeo possis explorare : <*introrsus adactis leuiter satis labellis*>.

An alia quoque maior latet lacuna? Pompeius grammaticus, qui saec. V fuisse uidetur, poetam nostrum his uerbis laudat (GL 5,102,9 sqq.): *dicit ita Terentianus: quotienscumque E longam uolumus proferri, uicina sit ad I litteram*. Hoc si uerum est productam *E* aliter sonare, quia ore magis clauso ederetur, docuit. Sed de hoc, quoniam cum pronuntiatione *O* cohaeret, postea disputabimus. Interea sufficiat duo uersus Terentiani ipsius afferre, quibus omnis dubitatio tolli uidetur. Dicit enim in libro *De syllabis* (450–452) : *litteram namque E uidemus esse ad HTA proximam, / sicut O et Ω uidentur esse uicinae sibi : / temporum momenta distant, non soni natiuitas*. Hic satis dilucidis uerbis in ipsa temporum siue quantitatum diuersitate sonos non diuersos esse affirmat.

I.porrigit ictum genuinos propead ipsos:
120 Minimumq; renidet superotenus labello.

I quoque uocalis quasi persona continuat uel extendit opus antecedentis. *E* iam presserat dentes molares, *I* nunc se ad *ipsos* paene *genuinos* extendit. Sunt autem *genuini*, ut Blatt in Thesouro linguae Latinae docet (VI 2,3 1883, 14 sqq.) saepe eidem ac *molares*, nonnumquam autem ei, qui (secundum Plinium) sero circiter uicesimum annum homini gignuntur, ergo ultra molares positi sunt (aque Germanis „Weisheitszähne“ uocantur). Huc usque ergo *porrigitur ictus*, i. e. lingua, quae secundum Stoicos, ut uidimus, ictus aeris causa est. Ac possis quaerere, sitne hic *ictus* idem atque ille *nisus*, qui in *A* operatur. Quae quamquam inter se cognata sunt, tamen sic distinguere uelim: *nisus*, ut ipsa etymologia docet, ea contentio est, qua lingua eget, ut *ictum* edere possit. Nec concesserim hic *ictum* idem ualere ac contactum, ut Cignolo („contatto“) et Sturtevant (p. 107 „contact“) uertunt; aliter nec satis diligenter Dévière: „I dirige son trait“: etiam minus recte Seelmann (p. 194) : „sodass die backenzähne fast auf der zunge zu ruhen kommen“.

Transeamus ad labellum in u. 120. Hic Brissaeus eumque secutus Petrecinus *renidet* tamquam sit „mollius resonat“ interpretati sunt, ad quod comprobandum Brissaeus Quintilianum laudauit, apud quem aliquo loco (inst. 12,10,28) *renidet oratio*, i. e. *hilarior* fit. Sed rectius Cignolo ad uerbum exprimit: „sorridente“, quod sit „un' immagine originale di grande vivacità“. Scilicet in *I* ipsam transfertur is risus, qui est in uultu pronuntiantis (OLD *renidere* 3 a), ut is similis sit illi, de quo Catullus in iambico carmine dicit (39,1 sq.) : *Egnatius, quod candidos habet dentes, / renidet usque quaque*. Hinc etiam intellegimus, quae de *labello* dicuntur. Neque enim in *I* maiore rictu os diducitur, sed tantum *minimo*, ut non nisi a superiore labro dentes nudentur. Vn-

de omnis *I supero tenus labello*, non amplius ridere uidetur (minus recte Sturtevant l.l. „along the upper lip“, peius et obscurius Bonioli p. 14 „si apre moderatamente la bocca col solo concorso del labbro superiore“). Iure igitur Asmonius (GL 6,33,2) explanat: *semicluso ore* (qui tamen, ut Dioysius l.l. p. 52 Us./Rad., meris dentibus pro *genuinis* contentus est). Valde autem hic errat Seelmann p. 194, qui linguam, non dentes, in extremo labello ridere siue lucere uult. At nos meminerimus eorum photographorum, qui nos antequam luce depingunt, Americano more „cheese“ dicere iubent, ut una cum *I Terentiana* leniter ridere uideamur.

- O.graiugenum longior altera est figura:
 Alter sonus est:¬a temporum minor.
 Compendia nostri meliora crediderunt.
 Vocalibus ut non nisi quinqu: fungeremur.
 125 Productio longis daret ut tempora bina:
 Correptio plus tempore non ualeret uno.
 Hinc ητ&minus scribimus:hinc&:ω.supremum
 Vna quoniam sat habitum est notare forma:
 Pro temporibus quæ geminum ministret usum.

Hic fere nihil de ipsa pronuntiatione, tantum de scriptione dicitur, quae in Latinis litteris a Graecis diuersa est. Nam eo pertinent *figura* (u. 121, qui est ablatius qualitatis), *nota* (u. 122), *scribimus* (u. 127), *notare forma* (u. 128). Eo etiam spectare uidetur, quod in u. 127 pro „supremam“ sc. litteram, *supremum* sc. elementum dicit. Nam *elementa* sunt, potius quam litterae, *rudes quae pueros docent magistri* (u. 85), scilicet scribere et legere, non enuntiare. Sic etiam in u. 175 *atque I geminum (!) scribere nos iubent magistri*. Quam ueterem esse consuetudinem cum Horatius (epist. 1.20.17 *pueros elementa docentem*) tum multi alii testantur (Hey, ThlL V,2, 341, 72 sqq.); inuenterunt eum usum grammatici, qui post Terentianum fuerunt, ut Diomedes (GL I 421, 25) *elementum intellegitur, littera scribitur* (Hey l.l. 342, 33 sqq.).

Ac notissimum est Graecos in scribendo distinguere inter breuem *O* et longam *Ω*, cum Latini uno signo *O* ad utrumque usum contenti sint. Quod Terentianus cum statuit, minime aliquam diuersitatem ipsius Graecae et Latinae pronuntiationis indicat, sed modo in utraque lingua idem ualere existimat, scilicet ut breuis uocalis unius *temporis* sit, longa duorum. (Tempora autem sunt, quas nos secundum Godofredum Hermann appellamus „Moren“.) Differentiam scripturae autem e parsimonia quadam Romanorum natam putat, quibus quinque quam septem uocales magis placuerint.

Ac parum refert ad intellectum, quod in u. 122 tam sensus quam metri gratia parua coniectura opus est: Vbi aut cum Micyllo *temporum minori* legendum est — quo genetiuis respectus existit, cf. u. 91 *pars muta soni*) — aut, quod Keil in apparatu proposuit, *temporis minoris* (metonymice pro „litterae temporis minoris“); possis etiam *tempori minori*. Item in u. 128 uersus pro *sat* aut longam syllabam (ut Lachmann uoluit *fas*) aut duas breues (Santen: *sat<is>*) poscit. Ego malim *sat<ea>*, ut

notare suum supplementum habeat. Sed haec minora sunt. Magis admirationem mouet quod Terentianus subito de *HTA* a Latinis omissa dicat, cum antea nihil de differentia *H* et *E* apud Graecos statuerit. Sed fortasse post u. 124 lacuna statuenda, in qua uocalium quinque numerum diligentius explicauit. Tamen certe ad intellectum nihil desideramus. Transeamus ad maiora.

- 140 Igitur sonitum reddere cum uoles minori:
Retrorsus adactam modice teneto linguam:
Rictu neq: magno sat erit patere labra.
At longior alto tragicum sub oris antro
Molita rotundis acuit sonum labellis.

Hic Terentianus diuersa uidetur praecepta de *O* longa et breui pronuntiandis dare, cum tamen solum in breui *O* lectorem alloquatur (*uoles, teneto*), in longa autem, quasi maiore robore praedita sit, ipsa littera suum opus faciat uel, ut ait, *moliatur*. Atque hoc loco omnes fere, qui linguarum periti sunt, quique nunc „phoneticorum“ nomine gloriantur (ut Sturtevant p. 116, Sommer / Pfister p. 59 et al.), describi putant differentiam correptae siue *minoris O*, quae ore magis aperto, et productae siue *longioris O*, quae magis clauso ore proferatur. (Vt nos Germani *O* aliter in Mörde, aliter in Mōde efferimus.) Nam id etiam Romanicae linguae docere uidentur, ubi, ut unum exemplum afferam, Latinus *sōl* Italice gignit „sole“, *bōnus* generat „buono“. Vnde nunc Cignolo summis auctoribus nixa statuit: „dagli elementi forniti si desume chiaramente che T(erenziano) parla prima del suono aperto di *O* breve, poi di quello chiuso di *O* lunga“ (similibus uerbis idem iam Bonioli p. 21). Sed hoc si Terentianus uoluit, non „chiaramente“, sed magis „oscuramente“ locutus est.

Atque in *O* breui duo notanda sunt. Primum *lingua*, ut in *A* (u. 113) leniter *retrorsus adacta*, dentes tangere non uidetur; deinde aliter atque in *A* rictus oris non patulus, sed paruus aut, ut ipse dicit, *non magnus* debet esse. Ergo quisquam credat hunc rictum *non magnum* oris aperti esse? Vix ego. Nec quae de maiore *O* dicit, clausum os testantur. Quae littera cum *sub oris antro* sonare dicitur, ubi *sub* idem ualet atque in „sub pectore“ (i. e. in imo pectore), „sub aequore“ (i.e. in infima parte maris), remotiorem aliquam partem oris indicare uidetur quam eam, in qua *O* clauso ore proferri creditur (recte igitur Sturtevant p. 118: „in the deep cavern of the mouth“, sic etiam Cignolo). Quod uitium Seelmann (p. 208) sic sanare conatus est, ut *antrum* illud in palato suspenderet et sub eo sonare faceret: „Das längere hingegen lässt bei seiner articulation unter der hohen gaumenwölbung einen tragischen, durch lippenrundung schärfer ausgeprägten ton erschallen.“ Contra Lindsay (p. 36), qui, quoniam, quid in longa *O* Latina *tragicum* esset, non uidit, ut traditam opinionem retineret, totum hunc locum e Graecis „phoneticis“ sumptum esse suspicatus est, in quorum lingua littera Ω satis *tragicum sonum* nempe ore aperto edidisset. Bonioli (p. 21) autem, ut usitata distinctio uera esset, affirmavit tantum in ore clauso *rotunda labella* esse posse. Quod quiuis experiendo falsum esse uidebit.

Quid igitur? Num Terentianus plane contraria praecipit eis, quae nunc phonetici docent, scilicet ut os apertum \bar{o} , clausum \ddot{o} proferre uelit? Ne id quidem. Sed aliorum spectat eius doctrina, non ad apertionem oris. Tenet hic quoque illud de O et Ω , quod antea laudauimus (u. 452): *temporum momenta distant, non soni natiuitas*. Docet autem ad breuem O in contextu orationis edendam minore oris labore opus esse, quam si O longa proferatur. Quare non dicit: „cura ut in breui O admodum paruus rictus sit“ (ut antea in u. 113 *necesse est*), sed: *rictu neque magno sat erit patere labra*. Facili negotio hoc quidem fieri potest. Contra O longa non tam in expedito est, sed tantum *molita*, i. e. cum aliqua laboris contentione, *sonum* suum — non solum edit, sed *acuit*, i. e. auget (Dittmann, ThL I 462, 13; 49–54). Quod autem hic *labella rotunda*, non in O breui commemorat, id fit quod hic eis, non illic opus est. Non tamen *labella rotunda* adhibet, ut eis *sonus acuatur* — nam id melius fieret ore apertissimo –, sed haec uocis amplificatio antro debetur. An quisquam nescit, quanto maiore sono in spelaeis aut spelaeorum similibus balneis uoces resonent? Ceterum non equidem negauerim, quod iam Lindsay uoluit, O longam, quae a Terentiano *tragica* dicitur, uiciniorum esse Ω Atticorum, in quorum tragoediis illud $\ddot{\omega}$ $\ddot{\omega}$ — ore apertiore elatum (ex. gr. Sturtevant p. 47)¹⁷ — frequens est, Sed non id potissimum Terentianus hic respicere uidetur.

Nunc denique etiam id fit perspicuum, quod antea obscurum erat (Lindsay p. 22), nempe cur Terentianus nihil antea de differentia in enuntiandis \bar{o} et \ddot{o} dixerit, nunc de \bar{o} et \ddot{o} dicat. Nempe ibi oris conformatio non tam diuersa in productione et correptione erat, ut Terentianus distinguere inter duos modos uocalis formandae deberet. Quid autem grammatici posterius? Num ei in O secundum quantitatem diuersos sonorum quasi colores stauerunt? Certe nondum Asmonius, qui hic quoque fideliter suum Terentianum sequitur (GL 6,33,3 sqq.): *O, ut E, geminum uocis sonum pro condicione temporis promittit. Vnde [sc. quia sola condicio temporis differentiam facit] inter nostras uocales H et Ω Graecorum ut superuacuae praetermissae sunt. Igitur qui correptum (sc. O) enuntiat, nec magno hiatu labra reserabit et retrorsum actam linguam tenebit. Longum autem productis labiis, rictu tereti, lingua antro oris pendula sonum tragicum dabit*. Hucusque, nisi quod illud *saterit* omisit et *rictu tereti* inseruit, fere nihil nouatum est. Quod autem postea de suo addit: *cuius obseruationis et in E littera similis paene (!) ratio*, id ostendere uidetur et Terentianum nil tale docuisse et Asmonium nouum aliquid excogitare non ausum esse.

Primus igitur fortasse Seruius (saec. IV) uidetur in O ut in E diuersos sonos, qui non solum condicione temporum gignerentur, distinxisse. Quem locum nunc denique exscribere debeo (GL IV 421,17 sqq.): *... E et O aliter sonant productae, aliter correptae. Nam O, productum quando est, ore sublato [?] uox sonat, ut „Roma“, quando correptum, de labris uox exprimitur, ut „rosa“. Item E quando producitur, uicinum est ad sonum I litterae, ut „meta“; quando autem correptum, uicinum est ad sonum*

¹⁷ In personis tragoediarum rictus oris solebat satis magnus esse; cf. (Margarete) Bieber, „Maske“, RE XIV 2 (1930) 2070–2120, ibi col. 2077, 2083

diphthongi, ut „equus“. Atque hic mihi de *O* et *E* separatim uidetur agendum esse. Nam in *O* Seruius non nimium a Terentiano discrepat. Vbi ualde miror et Keilium et omnes seruauisse illud *ore sublato*, quod sensu caret. Lege duabus litteris inter se commutatis: *sub alto*, quibus uerbis Seruius sine dubio illud reuocat *alto ... sub oris antro*, quo Terentianus *O* longae *sonitum acui* uoluit. Nec quod de labris *O* breuem uocalem *exprimit*, id non pugnat cum eis, quae Terentianus docet..

Aliter se res in *E* habet. Vbi sine dubio Seruius (ut etiam [Sergius] GL IV 520, 28 sq.) inter sonos productae et correptae uocalis distinguit. Nam quod breuis *E* exemplum *diphthongum* in *equus* affertur, non hic sane significatur caballus sed *aequus*, quoniam Seruii aetate diphthongus AE monophthongice ut *E* pronuntiabatur. Ea *E* igitur ore magis aperto edebatur, quoniam productam *E* ad uicinitatem *I* accedere dicit, quo certe os magis clausum indicatur. Ergo hac parte, ut uidetur, pronuntiatio inter tempora Terentiani et Seruii mutata est.

Nisi uero Pompeius certus testis est, cum tradit iam Terentianum sic distinxisse. Cuius uerba supra (p. 669) laudauī necdum satis ad ueritatem exegi: *dicit ita Terentianus: quotienscumque E longam uolumus proferri, uicina sit ad I litteram.* Et postea: *... sic pressa, sic angusta, ut uicina sit ad litteram I.* Magis angusta igitur quam *E* breuis. Hocne credamus? Negat Cignolo, affirmant Seelmann (p. 176 sq.) et Sturtevant (p. III, adn. 16), dubitant Lindsay (p. 22) et Ianus Beck (1998, p. 3224, adn. 48), qui se de lacuna (post u. 118 aut 121 aut alio loco) suspicari fatetur. Sed contra stat non solum illi uersus 450–452, quos supra (p. 669) laudauī, nempe eandem *soni natiuitatem* esse in longa et breui *E* (ut in longa et breui *O*), sed etiam quod Terentianus in uocalium continuatione sic procedit, ut in una quaque littera ad antecedentem respiciat (ut in *E* ad *A*, *Vad O*, uide infra), nusquam ad sequentem prospiciat. Qui ordo prorsus naturalis est. Vix igitur potuit, cum de *E* ageret, iam de uicinitate *I*, quae postea secutura esset, dicere. Ergo hic Pompeius suam doctrinam uel sui temporis consuetudinem Terentiano ut summo harum rerum auctori (Beck l.l.: „der phonetischen Autorität“) tribuisse.

- 135 Y .quam memorant uocibus auia est latinis:
 Vocalibus autem quoniam iugata græcis
 In nostra etiam uerba dabat frequenter usum.
 Subiecimus illam cui nomen. V.dederunt
 Vocalem:sonantes sibi quae iugaret omnes:
 140 Et sola sonum redderet ex sua figura.
 Q uam scribere graius nisi iungat.Y .nequibit:
 Hanc edere uocem quotiens paramus ore
 Nitamur:ut. V.dicere sic citetur ortus.
 Productius autem coeuntibus labellis
 145 Natura soni pressior altius meabit.

Hic post u. 137 punctum non curandum esse, in u. 139 pro *Vocalem* scribendum esse *Vocale* plurimi uiderunt. — Vt in *O* fecit, Terentianus non a Latina uocali *V*, sed a

Graeca *Y*incipit, puto, quia grammaticos quosdam Graecos respicit (de eis certe cogitat, cum dicit in u. 135 *quam memorant*). Atque in uerbis uere Latinis dicit *Y*Graecam nusquam reperiri. Quod apertum est. Tamen interdum substitui pro illa *V* Latinam. Quando? Si cum Graecis uocalibus, nempe in Graecis uerbis, coniuncta in Latinum sermonem quasi peregrina recipiatur. Sic ΟΡΦΕΥΣ ciuitate donatur, ut sit ORPHEVS, ΑΥΤΗ fit AVGE. Nam *nostra uerba* in u. 137 non possunt esse natiua uerba Latina, sed sunt uerba Graeca quibus Romani quoque utuntur. Tum denique naturam ipsius *V* explanat. Atque cum dicit eam coniungi posse cum omnibus uocalibus — eae enim sunt quae dicuntur *uocale sonantes* — caue id de diphthongis dictum credas: Sunt enim tales tantum duae, *AV* et *EV*, non plures; Terentianus autem cogitat de *V* consonanti, ut est in *VAS*, *VIRES*, *AVIS*. De quo usu postea (u. 146 sq.) plura dicturus est. Adiungit autem, id quod paene maius erat, *V* etiam ex se sonare posse, ut in *VNVS*, *DVO* etc. Et quasi de suae linguae copia gloriatur, adnotat Graecos eius litterae sonum non nisi per iuncturam scribere posse. Quam iuncturam? In editione principe legitur *iunget Y*, quod ut intelligas, cogitatione nimis multa suppleas necesse est. Quare Micyllus, pater nonnullarum emendationum, scripsit *OY*, quod fere omnibus placet; sed hoc, si pro una syllaba legis, ut sonet *V*, seruatur quidem lex metrica, non auditur autem iunctura duarum uocalium. Aliter enim, si editioni principi credendum est, in u. 428, ubi *OY* traditum est, sed hae uocales, ut Lipsius (p. 79 Dévière) et Lachmann uiderunt, separatim pronuntiandae sunt: *Graeca diphthongos sed O Y litteris nostris uacat*. Quod uix recte plurimi (ut etiam Beck [1993] 215 et Cignolo) *OY* in unam syllabam contrahentes mutant in: ... *sed OY <in> litteris nostris uacat*. Etenim Terentianus, si nomen uocalis alicuius absolute in uersu ponit, eam semper locum syllabae longae tenere uult, etsi uocalis breuis sit. Sic in litteris Graecis in u. 356 *E et O breues uocari singularis temporis* (item u. 393, 400, 451); neque aliter in Latinis, ut in u. 1334 *O cum E tantum iugatae longa semper syllaba est* (cf. 331, 636, 737). Ergo non audacter u. 141 sic emendo: *quem scribere Graius nisi <O> iungat Y nequibit*. Nam etiam lectio tradita *quam* in hoc uersu aperte uitiosa est: nimirum non formam *V* scribere Graeci tantum per iuncturam possunt, sed eum sonum, quem Latini forma *V* notant. Quare sine dubio legendum est, ut supra scripsi: *quem (pro quam) scribere Graius ...*

Etiam de proxima emendatione in u. 143 dubitari uix potest. Hic enim Terentianus post longas ambages tandem edocet, quomodo *V* pronuntianda sit. Tradita autem lectio insulsa est: *Hanc edere uocem* (sc. uocalem *V*) *quotiens paramus ore, sic ortus eius litterae citetur*, i. e. initium ea littera sumat, *ut nitamur V dicere ...* Ergo si *V* dicere uolumus, *V* dicere studebimus¹⁸! Nonne haec est mera ταυτολογία? Denique iubemur curare, ut *V* pronuntiemus *productius coeuntibus labellis*. Vbi comparatiuus suum supplementum poscit. Optime igitur Iustus Lipsius, quem nunc Cignolo cum longa disputatione secuta est¹⁹ (sic nunc etiam Dévière, cf. Terkelsen, ThLX X

¹⁸ Sic Seelmann p. 215: „wenn wir diesen Laut auszusprechen uns anschicken, möge die bildung so vor sich gehen, dass wir uns bemühen *u* zu sprechen [...]“

¹⁹ Doleo quod non indicat, ubi hanc emendationem inuenerit. Non uidetur esse in eis, quae Lipsius *De recta pronuntiatione* scripsit, certe non in cap. X, ubi de littera *V* disputat.

2, 1182, 67), haec uitia sanauit, cum docuit pro *V* legendum esse *O*: *nitamur ut O dicere*. More suo Terentianus pronuntiationem nouae uocalis ex antecedente quasi deriuat. Iam in longa *O labella rotunda* et, quod inde sequitur, producta erant. Ex ea *O* autem nunc littera *V* quasi oritur (*sic citetur ortus*²⁰): *Productius* enim quam in *O labella* debent *coire*, ut nouus sonus *V* exeat. Quem cum *pressiorem* Terentianus uocat, id a labris compressis ad uocem transferre uidetur (cf. Pomp. GL V 102,12), neque iniuria, quoniam nos quoque litteram *O*, quae tragice sonare dicta est, nescio quomodo pleniore sono praeditam sentimus. Quos autem Cignolo locos (ThlL secuta) affert, ut uox *pressior* etiam grauior sit (ut in accentu graui), ei huc non pertinent.

Difficilius dictu est, quid sit *altius meabit*. Ac Cignolo hic quoque cogitat de aliqua „profondità“, quae „implica la gravità del suono“ (eam secuta Dévière: „profondeur plus importante“; ut iam Seelmann p. 215: „einen ausgeprägteren tieferen Klang“). Quod tamen nullo exemplo comprobatur. Contra Verena Schulz, quae nuper diligentissime in horum uerborum usum inquisiuit (u. indicem in p. 396 s. u. „altus“) multis locis allatis docuit uerbum „altus“, si ad audibilia adhibeatur, significare aut acutiorem sonum aut magnum siue grandem (p. 181 „Tonhöhe oder Lautstärke“), quae inter se cognata sunt (cf. etiam v. Mess, ThlL I 1776, 61–71). Nam quo magis contenta vox est, ut acutiorem sonum effundat, eo in maius crescere solet, quod maxime conspicuum est in eis, quos Germani iocose equites de alta C („Ritter vom hohen C“) appellamus; contra bassistae q. d., cum alicuius Sarastronis Mozartiani grauisimos sonos edunt, uocem relaxant, nec summa magnitudine cantare possunt. Sed quid ad rem? Num natura euenit, ut *V* propter productiora labella aut acutior aut maior existat? Minime. Quo plus labella coeunt, eo *sonus pressior* erit, ut Terentianus dicit, i. e. minor aut sedatior (cf. Terkelsen, ThlL X 2, 1182, 36 sqq)²¹, certe non maior. Certe haec uox *altius*, de qua nimis multa disputauimus, hic apta non est. Lege: *artius meabit*. Quod si quis obiciat Terentianum bis idem exprimere, cum sonum et *pressiorem* esse et *artius meare* dicat, non id uerissimum est, quoniam *artior* exitus ipse efficit, ut uox *pressior* uideatur. Sic etiam alio loco uoce *artius* Terentianus usus est, ut rem etiam dilucidius dicat. In u. 2189 sq. celeritatem iambi puri eo explicat, quod in eo longa syllaba breuem semper *consequendo ... citum subinde uoluat artius sonum*, ubi satis erat dicere citum uoluat sonum, sed addita uoce *artius* minuit spatium inter syllabas, quod maius esset, si longa syllaba longam (ut in ueteribus comicis) sequeretur. Sed omnem fere dubitationem uincit, quod Terentianus hic quidem, quod facere non solet, paene ad uerbum ea conuertit, quae Dionysius Halicarnassensi (comp. uerb. 14 p. 52 Us./Rad.) de proferenda *Y* docuit: *περί γὰρ αὐτὰ τὰ χεῖλη συστολῆς γινομένης ἀξιολόγου πνίγεται καὶ στενὸς (!) ἐκπίπτει ὁ*

²⁰ Corruptit lectionem suam Cignolo, cum haec tria uerba in parenthesi ponit (etiam peius Dévière, quae semicolis includit); nam sic *ut* in u. 143 desinit esse consecutiuum (unde Cignolo: „pronunciare come [?] una O“, sic etiam Dévière).

²¹ *Pressiore sono* ap. Mar. Victorin. gramm. 4,2 (= GL 6,8,5) dicitur „de sono diutius“, non „maiore ui enuntiato“ (Terkelsen l.l. 73).

ῥῆχος, i.e. *ipsorum enim labrorum non parua contractione sonus premitur et angustus (siue artior) excidit*.

Vnum adhuc restat. Non nihil Terentianus docuit de Graeca Y a Latinis per V in diphthongis substituta. Nihil dixit de uetustissimis, qui inter Y et V minus distinxerunt, ut *Burrus* pro Πύρρος, *guminasium* pro γυμνάσιον scripserint. Sed haec fortasse nimis obsoleta uidebantur (cf. tamen *De syllabis* 371 sq. et Beck [1993] 180). Equidem magis miror Terentianum nihil dixisse de Y ipsa Graeca cum sua forma mox inter Latinas litteras recepta (quod Petrecinus tantopere desiderauit, ut in u. 136 sq. id ipsum inuenire uoluerit). Sic enim non GYMNASIUM modo, sed etiam HYMNVM et HYPOCAVSTVM et sescenta alia legimus. Num oblitus est? An tanummodo de genuinis litteris Latinis disputare uoluit? Haec quaestio ex parte dissoluitur, cum in u. 247 sq. legimus: *Nihil Ausoniis esse opus Ysonare dixi / et ZETA supremum* [sc. in alphabeto Latino], *nisi Graia uerba cogent* (cf. Beck l.l., qui recte monet id in libro *De syllabis*, ubi Terentianus de Y in u. 369 sqq. disputat, omissum esse). Hinc lucidissime cognoscitur Terentianum aliquid si non de Y littera scripta, at certe de enuntiata docuisse. Id autem in traditis uersibus desideramus. Quid? Memoriane scriptorem de suo ipsius scripto fefellit? Id nos credere uetat Asmonius, qui Terentianum paene ad uerbum exscribere solet, cum refert (GL 6,33,8–13): *Vlitteram quotiens enuntiamus, productis et coeuntibus labris effeuntur. Et ne Y conexam Graecis uocalibus praetermiserim, cuius frequentem usum quaedam uerba seu nomina desiderare noscuntur; ipsam (!) quidem Graecis uocabulis, cum inciderint, reseruabimus; loco autem huius Vlitteram aptam nostris uocibus finximus, quam nisi per Y [?, per OY Keil] coniunctam Graeci scribere ac pronuntiare non possunt*. (Verba ipsa, quae Asmonius e Terentiano transtulit, litteris crassioribus notauit.) Etsi in multis Asmonius negligentior est, non dubium uidetur, quin ea quae de *Y ipsa* dicat, e Terentiano sumpserit, qui, ut uidimus, ipse lacunam in u. 248 indicauit. Ea autem post u. 135 aut potius post u. 145 statuenda est. Nam inde a u. 136 usque ad u. 145 omnia felicissime inter se concatenata decurrunt.

Sic felices anni futuri tibi, mi Alexander, decurrant, cuius genium natalem septuagesimum hac dissertatiuncula de uocalibus beare uolui. Si plurimos annos tibi, quod ex animo opto, si aliquos mihi, quod octogenario uix sperare licet, di immortales dederint, fortasse aliquando nobis Terentianus etiam arcana consonantium reserabit. Sed haec θεῶν ἐν γούνασι. Vale, amice!

In hoc textu, quantum potui, emendato orthographiam et interpunctionem ad nostram consuetudinem, quam a Terentiano magis quam ab editione principe differre puto, reuocaui.

110 Nunc, singula quam possideant in ore sedem
ictusque suos concipiant et unde rumpant,
ut quiuero, uersu blaterabo Sotadeo.
A prima sonum littera sic ab ore sumit:
Immunia rictu patulo tenere labra

- linguamque necesse est ita pendulam reduci,
 ut nisus in illam ualeat subire uocis
 115 nec partibus ullis aliquos ferire dentes.
 E, quæ sequitur, uocula dissona est priori,
 quia deprimit altum modico tenore rictum
 <...>
 et lingua remotos premit hinc et hinc molares.
- I porrigit ictum genuinos prope ad ipsos
 120 minimumque renidet supero tenuis labello.
 O Graiugenum longior altera est figura,
 alter sonus est et nota temporum minori.
 Compendia nostri meliora crediderunt,
 uocalibus ut non nisi quinque fungeremur,
 125 productio longis daret ut tempora bina,
 correptio plus tempore non ualeret uno.
 Hinc ητᾱ minus scribimus, hinc et ω supremum,
 una quoniam sat ea habitum est notare forma,
 pro temporibus quae geminum ministret usum.
- 130 Igitur sonitum reddere cum uoles minori,
 retrorsus adactam modice teneto linguam,
 rictu neque magno sat erit patere labra.
 At longior alto tragicum sub oris antro
 molita rotundis acuit sonum labellis.
- 135 Y, quam memorant, uocibus auia est Latinis.
 Vocalibus autem quoniam iugata Graecis
 in nostra etiam uerba dabat frequenter usum,
 subiecimus illam, cui nomen V dederunt,
 uocale sonantes sibi quae iugaret omnes
 140 et sola sonum redderet ex sua figura,
 quem scribere Graius, nisi O iungat Y, nequibit.
 Hanc edere uocem quotiens paramus ore,
 nitamur ut O dicere, sic citetur ortus;
 productius autem coeuntibus labellis,
 145 natura soni pressior artius meabit.
 <...>

M = editio princeps

111 sonum *scripsi* locum *M. post 117 lacunam indicaui, quam per lusum sic expleui* <introrsus adactis leuiter satis labellis>. 122 minori *Micyllus* minor *M.* 128 sat ea *scripsi* sat *M.* 141 quem *scripsi* quam *M* nisi *O scripsi* nisi *M.* 143 *O Lipsius Y M.* 145 artius *scripsi* altius *M. post 145 lacunam indicaui.*

Welchen Platz die einzelnen Buchstaben (Laute) im Munde haben, woher sie ihre Schläge bekommen und hervorbrechen lassen, das will ich nun, so gut ich kann, im sotadeischen Maße tröten.

Der Buchstabe A zu Beginn nimmt sich so seinen Laut aus dem Mund: Die Lippen muss man ohne Tätigkeit bei klaffendem Munde lassen und die Zunge muss schwebend so weit zurückgezogen werden, dass die Anstrengung des Vokals auf sie übergehen kann und sie an keiner Stelle auf irgendwelche Zähne schlägt.

Der folgende Vokal E klingt anders als der vorige, da er die hohe Mundöffnung in mäßig gezogener Bewegung absenkt <...> und die Zunge dabei hier und dort auf die Mahlzähne drückt.

Das I dehnt den Schlag (der Zunge) bis fast schon zu den Weisheitszähnen, und es strahlt lächelnd, aber nur wenig, gerade bis zur Oberlippe.

Das längere O der Griechen (Omega) hat eine andere Gestalt als das kürzer dauernde (Omikron), das anders klingt und notiert wird. Unsere Landsleute hielten es für besser, das abzukürzen, so dass wir nur mit fünf Vokalen zu tun hätten, in der Art, dass durch Dehnung die langen Silben je zwei Zeiteinheiten (Moren) bekämen, die Kürzung aber nicht mehr als eine Zeiteinheit dauern sollte. Darum schreiben wir kein Eta und am Schluss kein Omega, weil man es für ausreichend hielt, diese nur mit einer Gestalt zu notieren, die sich dann je nach Zeitwert doppelt brauchen ließe.

Willst du also das kürzere O artikulieren, dann halte die Zunge maßvoll zurückbewegt, und es reicht dann, dass sich die Lippen öffnen, ohne dass der Mund weit aufklafft. Das längere O aber lässt tief in der Höhle des Mundes unter Rundung der Lippen mit Anstrengung einen starken tragischen Ton erklingen.

Das Y, das sie anführen, hat keinen Platz unter den lateinischen Lauten. Da es sich aber in Verbindung mit griechischen Vokabeln auch bei unseren Wörtern oft brauchen ließ, setzten wir dafür jenen Buchstaben ein, dem sie den Namen V gaben, der sich mit allen vokalischen Lauten verbinden konnte und auch allein für sich (als U) entsprechend seiner Gestalt einen Laut gab, den der Grieche nur dann wird schreiben können, wenn er dem Y ein O beifügt. Wenn wir uns daran machen, diesen Vokal von uns zu geben, dann soll der Anfang davon so gemacht werden, dass wir uns bemühen, ein O zu sprechen: Indem dann aber die sich schließenden Lippen noch weiter vorrücken, wird durch den engeren Weg die Natur des Schalls gedämpfter sein. <...>

COMPENDIA

GL= *Grammatici Latini*, ed. Keil, u. infra

OLD = *Oxford Latin Dictionary*

ThLL = *Thesaurus linguae Latinae*

CONSPECTUS LIBRORUM

- Beck 1993: Beck, Jan Wilhelm (ed.): *Terentianus Maurus: De syllabis, herausgegeben, übersetzt und erläutert*, Göttingae 1993.
- Beck 1998: Beck, Jan Wilhelm: „Terentianus Maurus non paenitendus inter ceteros artis metricae auctor“, in: *ANRW (Aufstieg und Niedergang der römischen Welt)*, pars II 34,4, Berolini / Neo Eboraci 1998, 3208–3268.
- Bonioli 1962: Bonioli, Maria: *La pronuncia del Latino nelle scuole dall'antichità al rinascimento*, Parte I, Augustae Turinorum 1962 (pars II adhuc desideratur).
- Brissaeus 1531: Brissaeus, Nicolaus (ed.): *Terentiani Mauri [...] De literis, syllabis, pedibus et metris [...]*, Parisiis 1531 (cum commentario).
- Cignolo 2002: Cignolo, Chiara (ed.): *Terentiani Mauri De litteris de syllabis, de metris*, 2 uol., Hildeshemii 2002 (uol. I: introd., textus, traductio, uol. II: commentarius).
- Dévière 2007: Dévière, Elisabeth (ed.): *Iustus Lipsius: De recta pronuntiatione Latinae linguae dialogus*, Hildeshemiae & al. 2007 (editio cum uersione Francogallica et commentario; orthographia et interpunctio nostrae consuetudini adaptatae sunt); cf. infra Lipsius.
- Dévière, Elisabeth (ed.): „Manière de prononcer les lettres: D'après Terentianus Maurus — Ratio pronuntiandi litteras: Ex Terentiano Mauro“ [= *De litteris* 108–246, nonnullis uersibus tacite omissis, nouis uersuum numeris additis, ut sint „1–108“, cum uersione Francogallica], in: Dévière, *I. Lipsius* (u. supra), p. 200–207.
- Galbiatus 1497: Galbiatus, Georgius (ed.): *Terentianus De litteris syllabis et metris Horatii*, Mediolani 1497 (editio princeps; nomen editoris in dedicatione, non in titulo).
- Keil 1855–1880: Keil, Henricus (ed.): *Grammatici Latini*, 8 uol., Lipsiae 1855–1880 (iter. 1981); in uol. VI, 1874: *Scriptores Artis metricae*, ubi Terentianus Maurus in p. 313–413, Asmonius (Apthonius?) sub nomine Mari Victorini p. 31,17–184.
- Lachmann 1836: Lachmann, Carolus (ed.): *Terentiani Mauri De litteris, syllabis et metris liber*, Berolini 1836.
- Lindsay 1897: Lindsay, W(allace) M(artin): *Die lateinische Sprache: ihre Laute, Stämme und Flexionen [...], vom Verfasser genehmigte und durchgesehene Übersetzung von Hans Nohl*, Lipsiae 1897 (primum Angl. 1894).
- Lipsius 1599: Lipsius, Iustus: *De recta pronuntiatione Latinae linguae dialogus*, editio vltima (primum Lugduni Bat. 1586), Antwerpiae 1599; hac editione nititur noua editio Elisabethae Dévière (u. supra).
- Micyllus 1532: Micyllus, Iacobus (ed.): *Terentianus Maurus: De literis syllabis et metris*, Francofortiae 1532 (cum notis criticis; nomen editoris in epistula nuncupatoria, non in titulo).
- Petrecinus 1533: Petrecinus, Iacobus (ed.): *Terentianus Maurus: De literis, syllabis, pedibus ac metris. Cum accurata interpretatione [...]*, Venetiis 1533.
- Schulz 2014: Schulz, Verena: *Die Stimme in der antiken Rhetorik*, Göttingae 2014

- Seelmann 1885: Seelmann, Emil: *Die Aussprache des Latein nach physiologisch-historischen Grundsätzen*, Heilbronnae 1885, iter. 1970.
- Sommer / Pfister 1977): Sommer, Ferdinand / Raimund Pfister: *Handbuch der lateinischen Laut- und Formenlehre*, Bd. 1: *Einleitung und Lautlehre*, Heidelbergae ⁴1977.
- Sturtevant 1940: Sturtevant, E(dgar) H(oward): *The pronunciation of Greek and Latin*, Philadelphiae ²1940, iter. 1977.
- van Lennep, Iacobus, u. van Santen (infra).
- van Santen / van Lennep 1825: van Santen, Laurentius (ed.): *Terentianus Maurus: De literis, syllabis, pedibus et metris e recensione et cum notis L. Santenii. Opus Santenii morte interruptum absolvit D.I. van Lennep, Trajecti ad Rhenum 1825.*

ЧТО ПИСАЛ ТЕРЕНЦИАН МАВР О ПРОИЗНОШЕНИИ ГЛАСНЫХ

Вильфрид Штро

Резюме: Каким образом мы произносим латинские слова? Как говорилось в устаревшей шутке, о латинском произношении ничего неизвестно, поскольку от античной эпохи не сохранилось ни одной кассеты. Однако, сохранились свидетельства античных грамматиков и, прежде всего, замечательное произведение *De litteris* («О буквах, слогах и метрах»), которое принадлежит поэту Теренцию Мавру, выходцу из Мавритании, и написано древнеегипетским размером «сотадеем» (*sotadei*). Поэт подробнейшим образом говорит об особенностях произношения всех букв латинского алфавита, представляя их словно для актеров, использующих в качестве инструмента язык, зубы и губы. Безусловно, этот труд был предназначен не для школяров, но для высоколобых интеллектуалов, способных насладиться красотой стиха даже такой сухой тематики. Впоследствии это сочинение был многократно превознесено учеными-гуманистами, считавшими Теренциана конгениальным. Произведение Теренциана не раз переиздавалось и комментировалось; самый известный комментарий принадлежит перу знаменитого Карла Лахманна. Тем не менее, еще многое предстоит сделать в отношении текста поэмы Теренциана. В данной статье, в которой речь идет только о пяти гласных звуках (ст. 108–145), профессор Штро показывает, что многие стихотворные строки в этом тексте, дошедшем до нас в единственном кодексе, до сих пор понимаются неточно, не исправлены и ждут соответствующих эмендаций.

Вильфрид Штро,
профессор Мюнхенского университета